



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

11 de Crimine rerum amotarum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

re potest. d. §. hec autem actio. Sicuti si ordinario iure quis agere velit, potest a possessoribus hereditatis res petere ea petere, l. 63. §. ibi glo. eo. iii. ¶ Et si coheres supplet, alia expectanda actio est, familie eriscunda, vt in diuidenda hereditate, ad iudicatio- nibus damnus relasciri possit, l. aduersus 3. fam. erisc. C. & ibi Bal. videndus. Et qui communem rem contrahat, non futi animo, sed veluti iure suo vtens, contrahere videtur, l. merito pro soc. Daru. itaque iudicium ordinarium, & actio vtilis familiae eriscunda tantum, si putans se heredem accipiat, Paul. in l. inter co- heredes 45. §. fructus. & ibi glo. fam. erisc. P. ¶ Fit tamen in per- quisitione rerum hereditatis subtraharum seuerissima indaga- tio, etiam per tormenta seruatorum: quod fieri non solet in aliis quaestionibus pecuniariis, vt ait Iulius Paulus, lib. 5. r. c. sentent. 8. iur. 17. de testib. §. fi. ¶ At tamen ad extra ordinariam poenam pertinet, crimen hoc expilatae hereditatis, accusationem quidem habet, sed tamen publicum non est, l. vlti. l. 3. de extraord. crim. P. Dicta poena expilatoribus vt in opus publicum perpetuum, vel temporarium dentur: honestiores ordine ad tempus moueantur, vel patrie fines iubeantur excedere, vel alia ex arbitrio iudi- cis concipienda, quia nulla est certa poena imposita a lege, l. 1. de off. actor. lib. 47. P. tit. 18. vt ait Vlpianus, qui & expilatores atro- ciores dicit esse quidem, d. l. 1. Ve. ut tamen ego expilatores heredi- tatis, esse quidem inter species expilatorum fateor: at poenas proxime allatas, potius ad viciarios pertinere arbitror: qui in vicis vel in viuis viatores vestimentis vilibus quibusque & pretiosis exiunt, brigandos vocat gratulatores Latini & latrones praedones, piratas, quorum poena grauior furtum, l. capitalium, §. famo- sis, §. §. gratulatores, de poen. in P. de quib. Caelius Rhodiginus, lib. 22. c. 17. & Alciatus lib. 2. praeterim. Locum tamen eadem poena habere possit, si vsque adeo suppilara fuerit hereditas, vt inana- penes fuerit: eddita: q. & indicat nomen expilationis, nempe vt res omnes vsque ad viliora vestimenta fuerint sublati. ¶ Nec dubitarem t. asserere, publicum esse iudicium latronum obse- dentium vias, etiam si non ingulent homines, sed exspolient tantum, & praedentur, & si furca suspendi debent, l. capitalium, §. famo- sis, §. §. gratulatores, de poen. in P. a. ubi. sed nonno iure, de seru. fugi- tis, C. Boerius. q. 174. num. 2. Prosequuntur enim hoc leges ma- xime, vt nec feriarum causa ab illorum iudicio quiescendum sit: vt de latronibus seu praedonibus Bucellariis & Itauricis monent Caesares, l. prouinciarum, C. de feriis, l. fin. ad leg. Iul. de vi publ. C. Quibus similes insignis perniciet dicit Harmenopolus, ut patet ex eius xxi. §. 1. nota eius q. 400. latrones homicidas, & quos vocat Cho- rarios. ¶ Acrius tamen puniuntur, vt commercialia sint, nec latronibus interceptantur itinera. Et publice vtilis est, inquit Vlpianus, l. 1. §. 1. de iis qui deiecer. lib. 9. P. tit. 3. sine metu & pericu- lo per itinera commercii & iter facientibus proficisci. ¶ Constitutio t. Francisci I. regis Galliarum anno Domini 1514. mense Ianu- arii statuit, excoisores seu expilatores, dicim? Volens aggressores insidiatores vel gratulatores itinera, apprehensos & con- uictos, condemnari poena illa acerba q. obseruata: vt malleis man- nus quaelibet, & pedes & coxae, & renes f. angatur viuus, demum rota sublati, resupini, in ea membris ita dissectis & contusis ex- tenco corporis misere pendenti. constituantur, victuri quan- diu Deus permiserit, agentes poenitentiam commissorum. Eisdem poenis impositis iis, qui aliquomodo ita laborantibus in cruciatu subuenissent, eosve vel cibo vel medicaminibus iuuissent.

12 ¶ Sunt t. & de his expilatoribus Henrici II. edicta & sanctio- nes quibus & summarie & de plano iudicium latrunculariorib. & iudicis praedialibus conceditur, citra remedium appella- tionis. Lex Salica poenam imponit expilatoribus istis, pecuniaria quidem, sed grauem tamen habita ratione eius seculi, quo crimina atrociora vix morte pledebantur. Eius haec verba, in l. Salic. tit. 20. de vulner. §. 10. Si quis alterum assalierit in via, & eundem r. auauerit, malberg Chaeoeno 1200. denar. qui faciunt solidos 30. culpabilis iudicetur. Et iterum, in dict. tit. §. 11. Si quis alterum in via assalierit, & spoliare tenuerit. Et ille fugauit, malberg mo- do 1200. denar. qui faciunt 30. solid. culpabilis iudicetur.

13 ¶ Refert t. Paulianus in Corinthiacis, in Isthmo fuisse insignem latronem, Schinnin nomine, vel secundum Eupipidem, in Hip- pol. act. 4. Sinnim. qui cum aliis sociis obfidebat viam, qui ex Trezene Athenas ducit, & hunc cepisse Thefeum, & duabus picis flexis arboribus alligatum, in se redire permittis & laxatis, vitium dilanasse, & sic viam infestam a latronibus tutam reddi- dit. ¶ Fuit t. & Sceiron quoque alius latro Megarensum ty- rannus, qui captos viatores cogebat ad lauandos sibi pedes, quos

deinde maclatos testudini marina in escam obiciebat, eodem supplicii genere a Thefeo extinctus, vt aliquibus placet, Plu. ar- chus in vita Thefei.

De Furtis perpendendis ratione personae, qua furatur, & a qua accipitur. Cap. 10.

- 1 In furto paniendo perpendenda persona furum, 3. & seq.
- 2 Senatusconsultum de non accusandis latrocinii senatoris ordinis hominibus, eod. & 2.
- 3 Poenae furantis in exercitu.

AD t. poenam constituendam pertinet personarum confide- ratio, & eorum qui furati sunt, & a quib. furati sunt, l. Pedius, de incen. rui. nau. vt in aliis criminibus quoq. se uatur, l. moris est. 9. §. sed enim, C. l. in seruo 10. l. capitalium 28. §. nam omnes, C. §. si. de poen. P. Atq. adile Agrippa, anno urbis conditae 720. sub Octauiio Caesare Senatusconsultum factum, ne quis senatorii ordinis latroci- nii causa in ius vocaretur: eoque tamen huius criminis impuni- tate & in posterum eorum maleficiorum licentia pe. missa est. vt ait Dio Cassius, lib. 49. histor. ¶ T. Iunius t. praetor etii feruili probro inde conspersus sit, quod scyphum au. eum in conuiuio Claudii Caesaris surripuisset, tamen a Claudio furti damnatus non est: sed postera die in conuiuium cum aliis iterum admittus, Solum omnium Iunio, fictilibus ministrari iussit, vt auctor Corne- lius Tacitus, lib. 17. annalium. ¶ Leges t. duodecim tabul. Gell. lib. 11. ca. 18. ex manifestis furibus liberos verberari addicere ei, cui factum furtum fuisset, si modo id luci fecissent, nec te telo de- fendissent, statuerunt. Seruos autem furti manifesti prehenfos, verberibus affici, & saxo praecipitari: pueros impuberes praetoris arbitrio verberari. noxamque ab iis factam larciri. Et in summa, inquit Plato, Dialog. 12. de legib. lex aliquando ex eodem furto alium alio seuerius punit: non ratione quantitatis furti, sed quod alter sit insanabilis, sanabilis alter. Proinde etiam qui saepius cri- men hoc admittit, grauius puniendus est, l. capitalium, §. solem. de poen. in P. l. 3. de pat. por. C. de re aliena celata saepius, in l. quicumque 4. de seru. fugit. lib. 6. C. tit. 1. ¶ Et t. scriptum apud Florentinum 4. lib. 4. M. Catonem memoriae prodidisse, in furto deprehensis inter commilitones, dexteras esse praeficas: aut si lenius animad- uertere voluissent principes, sanguinem missum. Plura alia de personis annotare licet, ex his quae in superioribus retulimus, percurrendo varium gentium de furtis leges. Ex quibus & ista pauca in hoc caput monitionis causa conieci.

De crimine Rerum amotarum. Cap. 11.

- Lib. 25. P. tit. 2. Lib. 5. C. tit. 21.

- 1 Rerum amotarum actio que. & pro quibus. & seq. Et quae vxor in maritum actione furti non agat, nec econtra, eodem.
- 2 Rerum amotarum actio quas habeat alius affinis, pro quibus detur, quibus & quando 3. & 4.
- 3 Furti quando agit in conuicem coniunx.
- 4 Vxor vel maritus quando amouisse res coniugis dicitur.
- 5 Amotarum rerum actione quid consequatur.
- 6 Amotis rebus a coniuge quando detur actio de peculio in patrem eius.
- 7 Iuramentum delatum furi referri non potest.
- 8 Compensatio potest obici a conuicte actione rerum amotarum.

AD t. distinctionem personarum maxime pertinet, rerum amotarum tractatus: in quem, quia societas vitae & commu- nicatio diuini & humani iuris est inter coniuges, l. 1. deris. nupt. in P. l. si. §. 2. ad municip. P. l. vxor, de crim. expl. l. hered. reuicimus a- ctionem furti pro rebus subtrahis, amotis, celatis consumtis vel a marito vxori, vel ab vxore marito Quia furtum proprie no est, vel si sit, vt in rei veniente est, l. penuli rer. amot. P. furti non datur actio turpis, in honorem matrimonii transacti. l. 1. §. 2. eod. l. ad- uersus. C. de crim. expl. hered. l. quamuis 17. C. de fur. l. si quis vxori, 53. eo. tit. P. ¶ Nec t. hic lex inspicitur vtriq. namq. haec actio da- tur, Marc. l. 11. rer. amot. in P. Et quia pedit haec actio amotarum rerum facta non vtuntur conuicte amouentes praescriptione, ne conueniantur ultra quam facere possunt, Paul. l. si cum mul- lier 21. §. si. eod. Condictio tamen diuigerit in personam amouen- tis, Caus. l. rer. amot. 26. eo. vt id non infamet, exemplo aliarum condictio- num, l. cessat 31. de act. in P. Concurrit tamen & vindic-

catio, si ea velit agere, cuius mota res propriae sunt. *Vlp. l. ob res amotas 34. eo.* & persequitur est, ideo perpetua non annalis, & hereditibus competens, *Paul. l. si cum mulier 21. §. hac actio. eod.* & in heredes, *l. contra 6. §. si. eod. P. l. fin. C. eod.* quantum in eos peruenit: neque poenalis est, quia competit tantum in simplicium amotarum actio. *Hermol. l. ad fiscum 16. eod. P. l. 2. C. eod. 17. §. ↑* Verum hic obseruandum est hanc rerum amotarum actionem dari, quando pendente matrimonio res surreptae sunt: nam si post solutum matrimonium vel morte, vel diuortio, alter coniugum ex bonis eius, qui fuit coniunx rapiat, furti etiam actio dabitur, ut ait *Paulus l. 3. eod. P.* Nam cessat ratio privilegii, ideo & privilegium: & ideo si concubina furripiat, vel concubinae quippiam contraetetur, furtum fit, ut & si matrimonium illegitimum sit: & ideo actio competit furti ex *Vlpiani* responso, *l. si concubina 17. rer. amot. in P.*

4 *¶* Dehinc *↑* & obseruandum, neque dari actionem hanc rerum amotarum, pro rebus matrimonio pendente surreptis, si adhuc duret matrimonium: verum tunc temporis, agi potest conditione, pro rei amota repetitione: vel de damno in factum, *l. 2. C. eod. Martia. l. rerum quidem amotarum 25. eod. P.* Ideo si soluto matrimonio diuortio, agi ceptum sit rerum amotarum, redintegrato matrimonio soluitur hoc iudicium, *Pap. in l. fin. eo.* & restituitur diuortio renouato, *Africa. in l. redintegrato, 23. eod.*

5 *¶* Verum *↑* si pendente matrimonio, rem suam extraneo commodauerit coniunx, & ab eo alter ex coniugibus furetur: furti actio a commodatario recte in furantem instituetur, etsi sit coniugis, *Paul. l. si uxor rem viri 38. eod. tit.* Non tamen si extraneus alteri ex coniugibus rem commodauerit, & alter ex ipsis illam furripuerit, is cui commodata est, furti in amouentem ager, *l. si. §. fin. C. de furt. quod variat ob personam diuersam eius qui agit.* Porro in hac coniugum consideratione sufficit matrimonium durasse, nec interest, num simul coniuges habitauerint, vel seorsum. *Vlp. l. nihil interest 15. rer. amot. P.* Si tamen seruis coniugis furtum coniugi fecerit eius serui nomine, furti teneti placuit coniugem alteri. Item & eum, qui consilium uxori futandi dederit, *l. 3. §. 1. rer. amot. P. C. l. si quis uxori 53. de furt. P. §. interdum. de oblig. qua ex delict. nasc.* Verum si iussu uxoris seruis furatus, erit actio amotarum rerum in uxorem, *Paul. l. si cum mulier 21. §. 1. rer. amot. P.* si sine scientia dominae, non tenebitur ea in plus quam in seruum, si eum pro noxa det, *l. si cum §. at. si.*

6 *¶* Amouisse *↑* dicitur coniunx coniugis res, & veluti furata, si mulier, cum consilio diuortii caperet, amouit, si nupta amouit, & discedens celauerit, *l. si concubina 17. §. 1. rer. amot. in P.* si de viri vita desperans rapuerit, *l. si cum mulier.* Si tamen amouit causa mortis qua secuta est ab hereditibus, mariti alia actione conuenitur vel petitione hereditatis, vel ad exhibendum, *l. si propter res amotas 22. §. si. eod. P.* Tenetur & amotarum actione rerum, si opem furanti praestiterit uxor, *Marc. in l. si rem quam maritus, eod.* Et pro rebus amotis existentibus, & quae esse deserint postea, & pro his quae pignoris loco erant penes maritum, *d. l. si concubina, §. fin.* Item, pro his quae diuortio tempore mulier comederit, vendiderit, donauerit, aut qualibet ratione consumserit, *l. 3. §. item verum, eod.*

7 *¶* Venit *↑* in hanc actionem rerum amotarum, repetitio non solum rerum, sed & damni refarcitio, facti in rebus amotis, & repositio commodi amissi ex iisdem, *l. si cum mulier. §. rerum amotarum, eod.* Sic inspicitur in aestimatione rei quanti fuerit res amotionis, & quanti postea plurimi, *Trieb. l. pen. eod. P.* Daturque *↑* actio de peculio in patrem, si filiam, amouerit, agentique patri pro dotis repetitione exceptio obiiicietur, donec in solidum satisfecerit amota, vel caueat, si uiuat filia: ea autem mortua, in patrem dabitur actio tantum, in quantum fuerit factus locupletior, *l. 3. §. filius famil. rer. amot. P.* & in quantum in eum peruenerit vel peruenerit potuit, *leg. 4. eod. tit.* Quod & in filiofamil. amouente ab uxore dictum sit, ut detur actio in patrem de peculio, *l. 4. §. item cum.* Sed & placuit Bartolo, posse etiam iudicem, ut in aliis arbitrariis actionibus, poenam aliquam, si quid illi moueat, aduersus amouentem statuere, *Bar. in l. i. num. 4. eod.*

8 *¶* Quod *↑* si is, qui amouit, noluerit restituere, statuunt iura ei cuius amota sunt, dare iuramentum in litrem, pro aestimatione, *Pomp. l. si cum dos 8. §. fin. rerum amot.* ne cogatur dominus arbitrio amouentis res suas vendere, *Paul. l. non enim 9. eod. l. si tutor 8. de in lit. iuran. P. leg. si filiofamil. in l. §. 1. solut. marim. P. l. nec quasi, de rei vindic. in P.* Multo magis & si is qui actionem habet, velit deferre iuramentum, ut iure se non amouisse, illud

deferre poterit, nec is cui de furtis, non secus quam in furtis referre poterit, *Marcellus, §. 1. C. fin. cum l. sequen. rer. amot. P.* Heres tamen amouentis iurare non tenetur, *dist. leg. Marcellus, §. is ergo.* quia factum hoc alienum est, *l. videamus §. 1. de in lit. iuran. P. l. delata, C. de iureiur.* quod ignorari iure potest, *leg. si iure suo in P.* *¶* Sed tamen *↑* si is qui conuenitur rerum amotarum actione, habet alias actiones contra agentem, nihil prohibet quin pro amotis obicere possit compensationem, *leg. cum mulier 7. rer. amot. P. l. C. eod.*

De Furtis, & furibus Domesticis.

Cap. 12.

- 1 *Furta domestica quae dicantur.*
- 2 *Domestica leuia delicta quare publice non vindicantur: alia grauiora, contra.*
- 3 *Fures domestici in Gallia suspenduntur, & eorum adiutores.*

Furta *↑* domestica vocantur, quae serui dominis, liberti patronis, vel mercenariis apud quos degunt furripiunt, *leg. respiciendum 11. §. furta domestica, de pen. P. l. fin. §. sane, de iis qui ad eccles. confug.* Haec si leuiora sunt, publice vindicanda non esse, neque admittendam horum accusationem respodit *Marcellus, dist. §. furta.* *¶* Furta *↑* tamen sunt: nam & Mercenarius & serui & filii facere furtum domino, patri, & dominis dicuntur, & libertus & cliens patrono: verum cum iis furti non agitur, quando illud verum est, quod *Vlpianus* addit, *l. si libertus patrono 91. le. serui & filii 17. de furt. in P. §. hi qui in parentum, de obligat. qua ex delict. nasc.* Neque enim, inquit, qui potest in furem si auerere, necesse habet aduersus furem litigare. Potest autem statuere, si de leui castigatione agatur, pater in filios, *l. unio. de emen. propin. lib. 9. C. tit. 15.* & dominus in seruos, *leg. vni. de emend. seruo. lib. 9. C. tit. 4. l. locum 21. §. ex eo, de vstr. P. l. 1. C. 2. §. si. de his qui sum sui vel alien. in P. l. etiam, §. licet, sol. marim. P. l. qui seruum 96. de verb. oblig. in P. cum similib. si. an seru. ex suo fac. conue. poss. C. vt & magister in discipulos, *l. item quattuor, §. Iulianus, loca. in P.* Exstat lex *Wisigothorum* similis in hac ve. *ba. l. 21. de furt. lib. 7. C. XVI. sig. tit. 2.* Si seruis domino suo vel conseruo aliqua inuolauerit, mandari potest ut consistat, quid de eo facere voluerit: nec in ea ex hoc se admisceat, nisi dominus seruis fortasse voluerit. *¶* Et congruentias visum est, domestica delicta priuatum coerceri, quam publici nisi grauior sit causa & contumacia, quae publicam animaduersionem exigat, *l. 2. C. 4. de par. pot. C.* Vt in animo deliberato & dolose qui delicit, in re domestica verus aliena: Nam cum de damno agitur, culpam in damno dato ab eo qui nobis bona fide seruit, exigere debemus grauiorem, nec tam leuem quam ab extraneo, ut ait *Modestinus, l. homo liber 54. de acq. rer. dum. lib. 41. P. tit. 1.* Et de hoc furto pauca etiam tradidimus, dum de extraordinaria furum poena egimus.*

¶ Accedit, *↑* quod vix tuta futura sit domus, nisi serui cum periculo capitis sui, dominum & ab extraneis & domesticis custodiant, *l. ad Senatuse. Sylla. in P.* Et proditionis speciem habet crimen furti, quod a domesticis committitur, & a famulis quibus omnia committimus: & grauius ideo puniendi non solum cum factio nocent, sed etiam si funesta voce dominum velint accusare: nam & id tentantibus, statim gladio vitore silentium ab initio imponitur, *l. si quis ex familiaribus 20. de iis qui accu. non poss. lib. 9. C. tit. 1.* Nec peius capitalior est, familiari inimico, *cf. simitico 93. dist. ca. quibus 13. que. 2. l. fratres, C. de inof. testamen. Si quidem clandestinis ac domesticis fraudibus, facile quiduis pro negotii opportunitate fieri potest, *l. data iam pridem 27. de donato. C. Quare & in Gallia, furum domesticorum poena, suspensio est, Pap. lib. 23. raso. arresto. tit. 6. ar. 2.* Sic *Ioannes Faber* ait: in §. alia deinde, de publ. iudic. Quod seruus & familiaris suspenditur pro primo furto, extraneus non: *cf. si, extraneus inuenerit familiare, utique est suspendendus.* Refert *Ioan. ab Imola*, laqueo fuisse suspensum famulum, cui dominus pecuniam traderat, ut alteri mutaret, ipse autem in suos usus conuerterat: pro quo dicit se fuisse aduocatum, *Ioan. ab Im. in l. si tibi dederim, de don. P. C. in l. C. sius, de solut. P.* Et ita fuisse saepius iudicatum *Igneus, in l. i. num. 91. ad Syllan. & Iason, in l. eius qui, §. quas vero, num. 7. §. cert. pet. P. vnde Iul. Clar. lib. 5. sentent. §. furtum, nu. 22.**

Obseruanda quoque esse Loca, ubi & vnde furta fiant docetur. Cap. 13.

- 1 *Loci consideratio in delictis poenam auget vel minuit.*
- 2 *Furantes ex publico loco grauius puniendi.*